Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Preuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iu-
uencularum tympanistriarum.

In ecclesijs benedicite deo dnō: de fontibus Israel.

Ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu.

Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon: et principes
Nephtalim.

Manda deus uirtuti tuæ, confirma hoc deus, quod operatus
es in nobis.

A templo tuo in Jherusalem, tibi offerent Reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in uaccis
populorum: ut excludant eos qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quæ bella uolunt: uenient legati ex Egipto
Æthiopia præueniet manus eius deo.

Regna terræ cantate deo: psallite domino.

Psallite deo, qui ascendit super coelum coeli: ad orientem.

Ecce dabit uoci suæ, uocem uirtutis, datæ gloriam deo. super
Israel, magnificentia eius, et uirtus eius in nubibus.

Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel ipse dabit uirtutem
et fortitudinem plebis suæ: benedictus deus.